

Prodit Budapestini, I. Verpeléti-út 22. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 pengő 80 fillér.

Megjelenik Budapesten, I. Verpeléti-út 22. tízszer egy évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

Benedictus Virág. (1752–1830.)

Saeculum elapsum est, ex quo poeta,
qui suis temporibus «Horatius Hungarus»
est appellatus, e vita discessit.

Vir celeberrimus unus ex iis est, quorum memoriam nulla delebit aetas, dum Hungari vigebunt regnumque sanguine partum, gladio servatum eoque servandum obtinebunt.

Rara indole praeditus¹ poeta Horatium
ad imitandum sibi proposuit² eiusque
metris in carminibus suis usus est, mente
tamen sensuque *Hungarus* mansit, qui
omnia tentabat, ut rem patriam culturam-
que augeret animosque suscitat.

Castigator³ temporum⁴ gloriam militarem laudabat summumque bonum in virtute ponebat. Carmina eius patriam peragrabant, ubique nota erant, cum in unum corpus collecta anno 1799. prodierunt. Altera pars carminum paulo ante mortem poetae, anno 1823. edita est. Ardor⁵ animi, sanctitas⁶ sententiarum simplexque vis elocutionis merito commovebant animos.

Egregiam navavit operam poeta, cum
Horatii omnia in nostram linguam con-

vertit. Praeterea scripsit res Hungaricas opus vere diffusum elaboratumque, cui titulum: «Saecula Hungarica» dedit.

Etsi magna inopia vexabatur, mentem aequam servabat et assidue laborabat usque ad ultimum vitae halitum.⁷ Sane philosophus erat «integer vitae scelerisque purus»....

¹ páratlan tehetségű ² vette mintaképül ³ korholó
⁴ korviszonyok ⁵ lelkesség ⁶ tisztaág, emelkedettség ⁷ lehelet.

Memorabilia de Zeuxide

Zeuxis Heracleotes pictor celeberrimus quadringentis annis ante Christum florebat. Ceteris pictoribus longe excellebat et teste Quintiliano (Inst. or. 12, 10) luminum¹ umbrarumque¹ rationem¹ invenit.¹

Crotoniatae cum templum Iunonis, quod religiosissime² colebant,² egregiis picturis locupletare³ voluisserent, Zeuxim magno pretio⁴ conductum adhibuerunt.⁴

Artifex simulacrum Helenae picturus quae-
sivit ab eis quasnam virgines formosas ha-
berent. Crotoniatae virgines in unum locum
conduxerunt et pictori eligendi⁵ potestatem

¹ az árnyék és a ²világosság hatásának elvét felta-
lálta ²mély vallássossággal tisztelték ³gazdagítani
⁴tiszteletdíj felajánlásával megbízták;

dederunt.⁵ Ille quinque delegit, non enim putavit omnia, quae quaereret ad gratiam suavitatemque,⁶ in corpore uno se reperire posse. Ad simulacrum Helenae pingendum Zeuxis hoc modo elegit, quod in quaque virgine laudabatur.

Ars eius cogitatione⁷ fingi potest⁷ ex quadam pictura, de musivo⁸ confectā,⁸ quae pugnam Centauri cum pantheris repraesentat.⁹ Pictura aetatis Alexandrinae est, reperta autem in villa Tiburtina Hadriani, nunc Berolini in museo servatur. — Aequalis Zeuxidis et aemulus¹⁰ inter alios *Parrasius* fuit. Descendisse¹¹ hunc in certamen¹¹ cum Zeuxide *Plinius maior* tradit (Nat. hist. XXXV. 65.).

Certamen in theatro factum est, quo cum Zeuxis uvas pictas detulisset, veritate¹² repraesentata¹² ita etiam aves fefellit, ut in scaenam advolarent.

Parrasius linteum pictum detulit, quod ipsum Zeuxim fefellit, nam flagitavit, ut tandem remoto¹³ linteo¹³ pictura ostenderetur. Intellecto¹⁴ errore Zeuxis palmam *Parrasio* concessit.¹⁵

Postea Zeuxis puerum uvas ferentem pinxit, ad quas cum volucres advolavissent,

dixit: «Uvas melius pinxi, quam puerum; nam si et hoc¹⁶ consummassem,¹⁷ aves timere debuerant.»¹⁸

Picturas suas opifex donare instituit, nullo enim pretio satis digno eas venire¹⁹ posse sibi persuasit.

5 megengedték neki, hogy kiválogassa 6 bájosság
 7 elképzelhető 8 mozaikból készült 9 jeleníti meg
 10 versenytársa 11 versenyre kelt 12 élethűségével
 13 a vászon fellebbentésével 14 észrevevén tévedését
 15 átengedte 16 festményemnek ezt a részét 17 tökéletesen csináltam volna 18 kellett volna 19 elkel.

Surrite¹ aures!¹

Ordinem² diurnum² tibi praescribo, quem si servaveris, etiam ille te servabit! Ordo est enim anima rerum!

1. Bene³ mane³ surge: Aurora Musis amica.
 2. Cito te vestibus indue: fac, quod facis!
- Vestes omnes in ordine sint: nonnunquam vestis facit hominem.

3. Ne pigeat te lavari! Solem et auras⁴

1 (hegyezd a füled) figyelj ide! 2 napirend 3 jókor reggel 4 napsény.

Dolorem vix sustinebat, eiulabat Deumque in clamabat:

— Casa mea plena erat inopiae. Nihil in terra, nisi liberos et maritum habebam, sed hos quoque nunc amisi. Tuane voluntate Deus hoc factum est?

At querimoniae in aere irritae evanescebant.

Paulo post mulieres mortuae sunt. Alis sibi induitis una caelum petebant, sed vultus mulieris pauperrimae nunc gloria fulgebat totumque corpus gaudio radiabat,³ contra altera maerore maximo lacerari⁴ videbatur. Quae cum pauperrimam celerrimo cursu praevolutare vidisset, interrogavit eam, cur tantopere properaret?

— Iam pridem mei me exspectant, — respondit pauperrima. Sed cur tute moraris et retro semper spectas?

— Fletus gemitusque meorum, quos re-

¹ egymás mellett laktak ² szükös ³ sugárzik

⁴ gyötör.



De duabus mulieribus.

(Ad fabulam *Geizae Gárdonyi*.)

Duae mulieres continuas domos habebant:¹ altera castellum, altera autem casam e luto aedificatam. Dives ad lucem dormilabat et in otio vitam luxuriosissimam degebat roisque se delectabat, quae horum suum odore suavi complebant; altera pauperrima, dies noctesque laborabat et aegre victum sibi suisque parcissimum² comparabat. Utraque earum liberos habebat.

Accidit autem, ut mulier pauperrima suos alium post alium emori videret. Postremo etiam maritum amisit.

immitte in cubiculum: nihil enim utilius sole et sale.

4. Ungues sedulo tibi reseca: Ex ungue leonem, — sed etiam porcum!

5. Precibus peractis prome libros! Nam orare et laborare debes et bis repetita placent.

6. Noli impransus⁵ scholam intrare: vacuuus venter non studet libenter.

7. In viis festina lente! Cave quidpiam in muris inscribas: nomina enim stultorum iacent ubique locorum. — Noli in medio foro condiscipulos verberare: nam quod uni iustum, alteri aequum. — Cognitos reverenter saluta: uti salutas, ita salutaberis.

8. Per gradus et fōrōs⁶ scholae cave cursites, seu circumsilia: non enim tibi imperatum est: «Hic Rhodus, hic salta!»

9. Sede tranquille in sede tua: audi, vide, tace, si vis vivere in pace.

10. Cum magister loquitur, noli cum vicino aleā⁷ ludere:⁷ inter duos litigantes⁸ tertius, — magister — gaudet.

11. Si vicinus recitat, ne confurbaveris eum susurris,⁹ nam magister etiam te evocabit et nihil scienti dicet: «Stulte, stude!» — Et

liqui, me retardant, reddidit responsum altera. — Iam ad regionem siderum appropinquant, cum anima pueri cursu celerrimo obviam eis volabat et e propinquu clamitabat: Matercula! Venisti tandem carissima?!

Ceteri quoque liberi et maritus pauperimiae alius post alium veniebant eamque amplectebantur.

Cum in sedes beatas intrassent, viae ubique rosae sparsae erant, odore suavissimo aethera complectibus.

— Quam pulchra sunt hic omnia! — exclamat pauperrima. — Rosae!... ubique rosae!... Evidem non sperabam, fore ut hic quoque rosae floreant.

Tunc liberi respondebant:

— Hae rosae sunt lacrimae tuae, matercula, quas pro nobis in terra effudisti.

Mulieres in caelis quoque continuas habent domos: alteram rosae et carissimi sui cingunt, alteram dolor et maestitia...

Ludovicus Korenchy.

vicino: «Disce aut discede!»¹⁰ Tum ambo-bus vobis: «Nobile¹¹ par¹¹ fratrum!»¹¹ Denique toti frequentiae: «Quos ego!»

12. Ad scientias¹² naturales¹² diligenter in-cumbe:¹³ naturae enim convenienter vivamus, oportet et naturalia nunquam sunt turpia.

13. Sed etiam linguas dilige: quot linguas calles,¹⁴ tot homines vales.¹⁵

14. Historiam quoque magistram vitae esse memento!

15. Etiam corpus exercere te iuvabit: mens sana non nisi¹⁶ in corpore sano est.

16. Finita schola i domum, ede, bibe, lude: varietas delectat.

17. Mox tamen revertere ad opus tuum: hoc opus, hic labor est.

18. Imprimis¹⁷ verba Latina et Graeca diligenter praeparare memento, neque puta: «Graeca sunt, non leguntur». — Immo dic: «Exemplaria¹⁸ Graeca nocturnā versabo manu, versabo diurnā!»

19. Libros tuos summa cum cura serva: habent enim sua fata libelli.

20. Artibus quoque curam impende:¹⁹ «Ars longa, vita brevis» est.

21. Studiis peractis licebit ambulare, ludere, amicos visere. Scito tamen proverbium: «Otia dant vitia et otium pulvinar²⁰ diaboli est.»

22. Post solis occasum festina domum; nescis enim, quid serus vesper ferat. Pater tibi astabit severus et: «post verba verbera! Frustra tum dixeris: «Parce²¹ pater virgis!»²¹ Ille trux²² respondebit: «Virgando crescimus.»

23. Vespere multa edere salubre non est. Etiam proverbium monet: «Oportet ēsse, ut vivas, non vivere, ut edas». — Post mensam stabis, aut mille passus meabis.²³

24. Finis iam est diei, i cubitum. Age gratias Deo, qui est principium, idemque finis. Ultima sententia sit: «Omnia cum Deo, nihil sine eo!»

Cato Minimus.

⁵ reggeli nélkül ⁶ folyosó ⁷ kockázik ⁸ peres-kedő ⁹ suttogás ¹⁰ távozz! ¹¹ derék testvérpár!

¹² természettudományok ¹³ buzgolkodik ¹⁴ ért, tud-

¹⁵ ér ¹⁶ csak ¹⁷ főleg ¹⁸ példány, minta ¹⁹ gon-

dot fordít ²⁰ párrna ²¹ kiméld a pálcát ²² nyers

²³ járkál.

De Narciso.

Fuit quondam iuvenis, cui nomen Narcissus erat. Hic sororem geminam habuit, quam valde dilexit. Prope flumen Cephisum habitabant, cuius in ripa multum ludebant. Una spectabant undas praeterfluentes, aut in prato ambulantes flores legabant, ita tempus feliciter terebant.

Sed quodam die soror in morbum incidit, cuius vi oppressa obiit. Venit Mercurius, — cui deorum iussu obtigit, ut mortuos in Tartarum deduceret, — et sororem in regnum Plutonis, ultra Stygem flumen detulit.

Ingenti luctu affectus inquirebat¹ Narcissus loca, ubi una cum sorore illa adhuc viva ambulabant. Cum ad ripam pervenisset et in undas illimes² inspexisset, ecce miram rem vidit: imagine sua defixus effigiem sororis conspexit! Qua specie oblectatus abhinc cotidie ripam requirebat ibi-



que sedens iringenti maerori se tradidit, «vultuque immotus eodem haesit, ut e Pario formatum marmore signum».

Quodam die ad ripam veniens Echo vidit iuvenem in liquore effigiem suam intuentem et amore eius incensa ex hoc tempore ipsa quoque iuxta adulescentem tempus terebat, ut acerbissimum eius dolorem consolaretur. Etiam orabat iuvenem, oblisceretur emortuae et amaret ipsam, vivam. Sed Narcissus inexorabilis permansit.

Amor erga sororem vicit iuvenem: paulo post ipse quoque mortuus est. Maestis flesuscitare Echo, sed

tibus conabatur eum frustra.

Prope locum, quo iuvenis sepultus est, flos e terra germinavit,³ quem incolae regni, luctus Narcissi memores, de nomine eius narcissum appellaverunt.

¹ felkeres ² iszaptalan, tükörtiszta ³ sarjadzik.

Claudii.

Ad fabulam *Ernesti Eckstein*, latine scripsit *Valentinus Fehér*.

V. Fides data.¹

Ultra montes Sabinos iam dilucescebat, cum Quintus una cum clientibus et servis e domo Lycoridis egressus domum petebat.² Via Cypria, qua ibant, satis deserta erat. Haud procul inde thermae Titi eminebant. Supra aedificium caterva columbarum volitans repente evanuit.³

— Sinistrorum volarunt — ait Quintus uni ex comitibus; — si crederem auguri-

bus,⁴ timendum mihi esset, ne quid mihi incommodi accideret.

Vix haec verba dixerat, cum aliquis citissime irruens sicam ei infligebat. Latro in via clivosa ac lubrica⁵ lapsus est. Sica aberrans umerum strinxit⁶ et in rugis togae haesit. Nonnullae guttae sanguinis effluerunt.

— Ne illum attingatis — ait servis, qui sicarium insequi cooperunt. — Alias melius cavebo. Nulla voce patri rem prodite.

Servi et clientes se tacituros esse pollicentur.

¹ adott szó ² tart ³ eltünik ⁴ madárjós ⁵ csúszós
⁶ horzsol.

— Miser⁷ ille Stephanus — reputat secum Quintus — ulcisci maturat.

Cum domum perventum esset, Quintus iam limen transgrediebatur, cum nomine compellatus est.⁸

— Quid? tune es, Euterpe? Salve! iamne Romae es?

— Heri venimus. Meministine, quid mihi promiseris?

— Quidni⁹ reminiscar? Adiuvare te paratus sum. Ceterum quis est vir iste canus, quocum huc venisti? pater an coniunx?

— Coniunx iunior est, pater mortuus. Senex iste vocatur Thrax Barbatus, pater Glauces.

— Quis est ista Glauce?

— Sponsa nostri Eurymachi, qui in discrimine periculi versatur.

— Etiam nunc?

— Esto misericors in nos, Quinte, esto clemens! Tu solus es, qui nos servare possis. Quintus eos in tablinum¹⁰ dicit.

— Domine — orditur Euterpe — Eurymachus a Stephano in crucem tolletur. Quaeso, nondunine res facta est?

— Quiesce;¹¹ Eurymachus in praesens liber est.

— Ain tu?¹² rectene audio? — clamat Thrax Barbatus. — Iam scio hanc rem Philippum, meum filium fecisse. Non frustra per annos cum Dacis pugnavit, non frustra frigus ac calorem toleravit.

— Heu te senem miserum! — ait Quintus misericordiā commotus. — Filius tuus mortuus est; pectus insequentibus obiecit; fortis viro dignus occubuit.¹³

Thrax Barbatus rugiens¹⁴ in pavimentum¹⁵ cadit. Euterpe lacrimans caput eius amplectitur.

— Thrax, amice carissime, resipisce!¹⁶ Esto fortis in calamitate! Vivit Glauce, vivit Eurymachus, qui te amant.

Senex paulatim ad se redit.

— Ignosce mihi, domine — ait — quod dolor me superavit. Nunc habeo vires ad res audiendas. Itane dixisti Eurymachum aufugisse?

— Aufugit; at inimici omnia temptabunt, ut iterum eius vestigia reperiant. Iam¹⁷ viderimus, quid eius causā facere possimus.

Nunc abite. Nocte hodierna de secunda vigilia clam vos visitabo.

— Pater caelestis — clamat Thrax Barbatus — ago tibi gratias. Vale, domine. Nunquam obliviscar, quam misericors in nos fueris.

Sic fatus e tablino egreditur. Quintus in cubiculum properat et decumbit.

VI. *Sectatores¹⁸ unius et veri Dei.*

Post medianam noctem Quintus domo egressus iter direxit ad domum, in qua Thrax Barbatus habitabat. Non dubitabat, quin Eurymachus, Thrax, Euterpe Nasareni sectatores essent. — Tum ipsum in eo erat¹⁹ civitas, ut eos penitus extirparet. Pater ipsius pridie in senatu legem tulerat, ut impii punirentur.

Tandem ad domum pervenit. Euterpe ad portam Quinto praestolabatur. Per nonaginta ruinosos²⁰ gradus erat ascendendum; nisi Euterpe lampadem ardifetam²¹ manu tenuisset, Quintus facile cervicem fregisset.

— Adsumus — ait mulier.

Pulsatur.²² Thrax Barbatus ianuam aperit. Quintus intrat. De humili tecto lanterna²³ trifida²⁴ pendebat. In medio cubiculo mensa, praeter parietes sellae, scamna,²⁵ scrinia²⁶ erant.

— Ave in hoc vili domicilio — inquit senex manum iuvenis osculans. — Magno te iam desiderio exspectavimus.

— Me venturum esse pollicitus sum — ait Quintus.

Tum senex ad ostium aggressus clamat: «Glauce!»

Mox virgo ingreditur.

— Veni, dulcis mea Glauce — inquit Barbatus — saluta patronum Eurymachi. Hic est Quintus Claudius, tutor inopum. Eurymacho, quem liberavit, veniam ab imperatore et a Stephano libertatem impetrabit.²⁷

Paulo post vir quidam in cubiculum intravit.

— Vir meus est — inquit Euterpe. — Hic

⁷ nyomorult ⁸ szólít ⁹ miért ne? ¹⁰ dolgozószoba

¹¹ légy nyugodt ¹² igazán? ¹³ meghal ¹⁴ ordít ¹⁵ padló

¹⁶ magához tér ¹⁷ majd ¹⁸ követő, hívő ¹⁹ azon van

²⁰ rozoga ²¹ égő ²² zörget ²³ lámpa ²⁴ háromágú

²⁵ pad, lóca ²⁶ szekrény. ²⁷ kieszközöl.

quoque fuit inter eos, qui Eurymachum liberarunt.

— Agnosco te — ait Quintus. — Nonne tuis umeris fugitivus annitebatur?²⁸

— Unde hoc scis? — interrogat Diphilus obstupefactus.

— Quia coram²⁹ te vidi. Si in semita astitissem, non vos longius ire potuissetis.

— Ante omnia — inquit Thrax Barbatus — nolite oblivisci, ut ita dicam, etiam lapidibus esse aures atque oculos.

Tum Quintus senem interrogavit:

— Spondesne³⁰ iure iurando Eurymachum esse innocentem?

— Domine — respondet Thrax Barbatus — innocens atque, ut sol, purus est. Ne³¹ tu ignorare videris eius carnificem, Stephanum illum formidolosum. Ego quoque sum piacularis³² pro scelere eius.

— Quid ita?

— Modicam a patre hereditate accepi rem familiarem eamque luculente collocavi.³³ Quodam die Stephanus prompsit falsum testamentum, quo scriptum erat praedium sibi commissum esse. Adfuerunt falsi testes, versuti³⁴ profligatique causidici³⁵ iudices corrupti atque ego omnem amisi rem familiarem.

— Incredibile dictu! — clamat Quintus.

— Nullusne fuit causidicus, qui pro iustitia in certamen descendere auderet?

— Nunc habemus fautorem iuris peritum, Gn. Afranium; audistin nomen eius?

— Gn. Afranius? novi eum; saepe apud Cornelium Cinnam eum conveni.

— Is sola iustitia movetur, ut Stephanum impugnet.³⁶

— Vestram causam — ait Quintus — ego quoque suscipiam. Ante omnia quaero, Romaene sit Eurymachus.

— Prope Romam.

— Scisne domine — ait Diphilus — cur Stephanus adeo vexet Eurymachum? Hic enim testis fuit horrendi facinoris eius.

— Quid ergo faciam, ut vobis prosim?

— interrogat Quintus.

— Impetra ei veniam — obsecrat Glauce.

— Aut saltem poenam tolerabilem — addit Diphilus.

— Iam³⁷ videro,³⁷ quid pro vobis facere possim.

— Favor³⁸ Dei te prosequatur.³⁹

— Erro an recte putavi? — ait Quintus.

— Nonne vos omnes sectam⁴⁰ Nasareni sequimini?

— Domine — respondet Thrax Barbatus, — aperte confiteor nos esse in numero illorum, qui Nasareni vocantur. Christiani sumus ac nulla est potentia terrestris, qua ad aram falsorum deorum reduci possimus.

— Optime — ait Quintus. — At nonne vestra religio homines aequales esse docet? non destruit parietes, qui sunt inter nobiles et servos? non id agitis, ut rem publicam omniaque instituta⁴¹ funditus⁴² evertatis?

— Ita est; nos diruenius omnia, quae perire oportet, ut regnum Dei resurgat. Praedicamus hominum aequalitatem, libertatem, fraternitatem. Quis dedit ius vobis optimatibus, ut alios homines in vincula coniiceretis? Ubi hoc scriptum est: tu esto dominus et alter sit servus tuus? Quae distinctio⁴³ est inter te et Eurymachum? Fors⁴⁴ te id, quod es, fecit, parem autem Dei voluntas. Futura veritas abluet omnia, lumen in mentes vestras penetrabit. Christus haec nobis dixit: «Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis et ego levabo⁴⁵ vos.» Milia hominum ad eum properant; in longinqua Asia, Aegypto, Graecia, Hispania convenient homines dolentes ac patientes ad crucem, quam vos Romani signum dedecoris ac turpitudinis existimatis; at est signum redemptionis.⁴⁶ Veniet tempus, cum etiam vos superba capita ante crucem Christi declinabitis.

Quintus animo commotus aliquoties⁴⁷ in cubiculo deambulavit.

— Gaudebo — inquit, — si proxime de praeceptis vestrae religionis narrabis. Libenter disco. Nunc abeo. Cras mane, spero, rem tuam aliquatenus⁴⁸ adiuvare potero. Precamini Deuni vestrum, ut labor vester prospere eveniat.

Euterpe Quintum per gradus prosequitur.

(*Ad numerum proximum.*)

²⁸ támaszkodik ²⁹ közvetlen közéről ³⁰ kezeske-

dik ³¹ valóban ³² áldozat ³³ gyümölcsözőn bérbead

³⁴ agyafűrt ³⁵ ügyvéd ³⁶ támad ³⁷ majd meglátom

³⁸ áldás ³⁹ kísér ⁴⁰ felekezet ⁴¹ intézmény ⁴² fene-

kestől ⁴³ különbség ⁴⁴ a véletlen ⁴⁵ megenyhít


⁴⁶ megváltás ⁴⁷ néhányszor ⁴⁸ valamennyire.



Monstrum marinum.

Mense Novembri prioris anni haud procul ab urbe Habana (in insula Cuba), in summo mari piscis immensae magnitudinis apparuit. Piscator quidam ad monstrum enavigavit, quod iacula¹ hamato¹ saucivit et ingenti labore in litus extraxit, ubi tandem monstrum letali vulnere periit.

Piscis triginta pedes longus et viginti pedes latus e genere pistrum² fuit, quod a doctis «rhineodon typus» vocatur. Nomen a dentibus duxit, qui limis³ sunt similes. Ex immenso ore artissima gula fert in ventrem



Rictus pistris. (Kosmos, 26. 1.)

ita, ut pistris minutissimis modo piscibus vesci possit.

Naturā mansuetum est animal: ultro neminem adoritur, sed ne impetus quidem in sese factos vindicat. Complures pistrum navibus undas sulcantibus⁴ dissecatae capiuntur.

(Kosmos, 26. 1.)

1 szigony 2 cet 3 reszelő 4 hasít.

Amicitias immortales esse oportet.

*

Immortalis est ingenii memoria.

*

Conscia mens recti famae mendacia ridet.

*

Nunquam est fidelis cum potente societas.

*

Solamen miseris socios habuisse malorum.

*

Noli affectare, quod tibi non est datum.

Causidicus.

Scripsit Andreas Nyáry. In Latinum convertit Aem. Láng.

Eodem tempore Iohannes Lovász quoque, frater uxoris suae una cum coniuge et filia in foro vagabatur et magno gudio est affectus, cum in Vendelinum incidit.¹

Salve, carissime mi affinis!² Quae causa viae? quo tenes iter?

Vendelinus caput scabebat:³

Vah! in perniciem meam huc veni! Et deinceps totam rem fuse⁴ enarrat. Iohannes narranti aures⁵ suas⁵ dedit⁶ et cum casum⁶ penitus intellexerat, in fumisugio⁷ tabacum accensum pollice⁸ comprimebat, dein largo haustu fumum duxit⁹ et: viginti pengonibus, inquit, porcum emisti?

Tanti.

Kopacsek te ideo non posse ab illo porcum poscere affirmabat, quod testem non haberet?

Est uti dicis, respondit Vendelinus et oculi eius scintillabant.¹⁰ Defraudavit me furcifer.¹¹ Sed Hercle... In¹² animo¹² habeo¹² causidicum adire et nomen eius deferre.

Fumus ex fumisugio Iohannem paene totum condidit.¹³

Quod quidem imprudenter facies!... Non habes testem. Causidicus sine testibus nihil valet.

Vendelinus ingemuit:¹⁴

Porcus iam periit.

Iohannes caput extollit:¹⁵

Minime!

Ubi eum inquiris?

Apud Kopacsek, respondit affinis et digito cauponam monstrabat. Ecce¹⁶ ibi!¹⁶ Superbam edidit ore vocem: ego ero tuus causidicus!

Vendelinus adhuc dubitat: Ain¹⁷ tu?¹⁷ Sed quis — malum¹⁸ — dicat, ubi locorum porcus sit!

Porcus quidem desideratur,¹⁹ respondit Iohannes, sed pretium eius habebimus.

1 rábukkant 2 sógor 3 vakargatta 4 kimerítően

5 meghallgatta 6 az esetet 7 pipa 8 hüvelykujj

9 szívta 10 szikráztak 11 gazember 12 szándékom

13 eltakarta 14 fölösöhajtott 15 felveti 16 ott, la!

17 azt hiszed? 18 az ördögbe! 19 nincs meg.

Manu crassa umerum Vendelini ferit,
dum dicit :

Noli maerere, affinis, viginti pengones
recipies. Quin²⁰ etiam aliquot pocula vini
pro nostra salute hauriemus !

Quibus dictis sibilo²¹ advocabat uxorem
et filiam ante²² tabernas²² liborum²² mellitorum²² inhiantes.²³ Vendelino praecepit, ut
in²⁴ propinquuo²⁴ maneret, ipse autem cum
suis ad cauponam abiit.

Iohannes cauponi notus erat, ideo ab
illo libenter exceptus est.

Salvere te iubeo !

Et tu salve !

Dextras²⁵ iungunt.²⁵

Vix est mihi tempus tecum confabulandi,
dixit larga²⁶ linguā²⁶ Iohannes, multis enim
occupationibus distineor. In foro²⁷ boario²⁷
vitulum recte²⁸ vendidi. Ideo cum coniuge
ad²⁹ haustum²⁹ huc venimus.

Sibi vinum, feminis cervisia³⁰ ministrari
iussit.

Sermones³¹ serebant³¹ de³² proventu³² frumentorum,³² de segete, de³³ tempestate.³³
Ubi argumentum³⁴ dicendi³⁴ deficere coep-
perat, pecuniam pro vīno et cervisia dissol-
vit, valedixit cauponi et iam exiturus erat,
cuni in ipso³⁵ limine repente constitit, ac si
tunc³⁶ ipsum³⁶ ei aliquid in mentem venisset.
Petasum³⁷ in frontem protrusit et : hem, in-
quit, nunc mihi³⁸ subit³⁸ propter vehiculum³⁹
ad Kárász, sponsorem⁴⁰ mihi eundum esse.

Aspexit cauponem :

Velim, domine, te ad⁴¹ officium⁴¹ pae-
standum⁴¹ rogare, si tibi non erit molestum.

Caupo subridebat:⁴²

Si possum, libenter faciam.

Iohannes bisaccium⁴³ cubito⁴⁴ retrusit et
perrexit⁴⁵ sermonem :

In foro boario permultos esse fures accepi.
Timeo, ne pecunia pro vitulo accepta mihi
surripiatur.

Iterum aspexit cauponem :

Gratissimum mihi feceris, si pecuniam
custodieris, dum a sponsore redeam.

Caupo negotium hilariter suscepit:⁴⁶ Li-
benter custodiam ; trade igitur mihi pecu-
niā. Apud me in⁴⁷ tuto⁴⁷ erit : me⁴⁸ vide !⁴⁸

Scio, respondit Iohannes. Novi te, domine.
Es vir probus et integer.⁴⁹

Fraudulenter⁵⁰ subridebat :

Ceteroquin coram testibus tradidi pecu-
niā, an non ?

Digitō uxorem et filiam monstrabat. Sane
quidem, — ridebat caupo. Quanta est summa?

Viginti quinque pengones.

Iohannes pecuniā numeratā et marsupio⁵¹
tradito cauponi valedixit et se post semi-
horam⁵² redditum esse professus est.

(Ad numerum proximum.)

20 söt 21 füitty 22 bábossátrak előtt 23 bámeszkodó,
tátogató 24 közelben 25 kezet fognak 26 bőbeszédű-
séggel 27 marhavásár 28 drágán 29 egy kortyra, egy
hörpintésre 30 sör 31 elbeszélgették 32 termésről 33 az
időjárásról 34 beszédtárgy 35 közvetlenül 36 éppen
akkor 37 kalapját 38 eszembe jut 39 szekér 40 koma
41 szívességre 42 mosolygott 43 általvető, tarisznya
44 könyökével 45 folytatta 46 elvállalta 47 biztonság-
ban 48 bizzál bennem ! 49 feddhetetlen 50 csalfán
51 erszény 52 félóra.



Ad annum natalem Vergilii Maronis
bis millesimum.

Ut notum est, Vergilius anno a. Chr. n.
70. in pago Andibus, prope Mantuam natus
est. Itaque nunc incipit annus bis mille-
simus, ex quo poeta Romanorum clarissimus
lucem aspexit.¹ Itali,² qui nunc sunt,² annum
anniversarium³ maxime memorabilem fac-
turi duodecim iugera⁴ agrorum⁴ prope Man-
tuam in ripa fluvii Mincii ex regni utilitate
vindicant,⁵ ut ibi hortos⁶ faciant. Horti arbo-
ribus, plantis, dumis,⁷ fruticibus⁸ et flori-
bus, quae Vergilius in operibus suis cecine-
rat, inserentur⁹ et mense Octobri dedica-
buntur.

Vere est exemplum imitando persequen-
dum !

*

¹ világra jött ² a mai olaszok ³ évforduló ⁴ hold
föld ⁵ kisajátít ⁶ park ⁷ cserje ⁸ bokor ⁹ beültet.

Et nunc occasionem máxime idoneam non intermittimtis, quin vobis imaginem Vergilii opere tessellato¹⁰ depictam proferamus. Opus tessellatum Susae in Africa septentrionali inventum poetam in Aeneide componenda defixum¹¹ ostendit. Vates ille clarissimus inter Musas, Clionem¹² et Melpomenem¹³ sedet, a quibus inspiratur. In volumine¹⁴ aperto, quod Vergilius sinu tenet, invocatio Aeneidis Musis praedictis adhibita :¹⁵ «Musa mihi causas memora»... etc. legi potest. Lineamenta¹⁶ oris¹⁶ poetae paria¹⁷ sunt indicis,¹⁸ a Donato de Vergilio descriptis: «corpo et staturā fuit grandi, aquilo¹⁹ colore, facie rusticā»... Imago est unica ex antiquissimis temporibus fide digna. (M. J.)

*

Summae²⁰ Dignitatis²⁰ Gubernator²⁰ Regni Hungariae doctissimum virum, doctorem **Martinum Reibner**, qui per septem lustra de docendis discipulis vel optime meruit, nuperrime rectorem²¹ studiorum²¹ superiorem²¹ promovit.²²

Confessio²³ meritorum tali viro obtigit, qui recte et optimo iure honorem summum meruerit. Collegae, qui fuerunt ei, ex imo corde gratulantur precanturque ei omnia fausta ac felicia.

¹⁰ mozaik ¹¹ elmélyedve ¹² a történelem muzsája
¹³ a tragédia muzsája ¹⁴ könyv, tekeres ¹⁵ intézett
¹⁶ arcvonás ¹⁷ megfelelnek ¹⁸ adat ¹⁹ sötétes
²⁰ a kormányzó Ö Fömlétsága ²¹ föigazgató ²² ki-
 nevez, elölépet ²³ elismerés.



— Dic mihi, — interrogat quidam iocosus homo alterum — quo modo lepus manu possit capi?

— Nescio, — respondet alter.

— Nescis? Itaque attende, iam te docebo. Sparge caudam leporis sale! Hoc, si feceris, iam tenebis bestiam!

— Tute dic nunc mihi, — rogat illusus⁴ fraudulentum socium — quo modo elephantes capere possis duos?

Amicus tacet, mox profitetur se nescire quo modo hoc facere possit.

— Attende ergo! Cape tres elephantes et unum liberum dimitte! Ceterum iam video ne id quidem tibi notum esse, quo elephantis, cimex⁵ et pulex⁶ inter se differant! Atqui cavendum est tibi, ne forte elephantum grandi pecunia empturo cimex tibi veneat!⁷ Itaque admove aures et noli oblivious, quod tibi nunc dico: pulex mordet et salit, cimex mordet et non salit, elephantis autem nec mordet, nec salit! Felicianus Gondán dr.

¹ rozzant csárda ² gózmozdony ³ megszólít
⁴ megréfált ⁵ poloska ⁶ bolha ⁷ eladásra kerül.



Colonus nec scribendi nec legendi peritus in cauponula¹ ephemeredem sibi asserri iubet et eam attente legere simulat. Sed, quia ephemeredem forte inversam manibus tenebat, etiam imaginem in ea depictam currus² vi³ vaporis² acti² inversam esse videbat.

— Ecce, — compellat³ socios — videte, quam magna calamitas iterum facta sit!


*

Urbem prodit, dum castella defendit.

Flos unus non facit hortum.

AENIGMATA.

I.



II.

Hae syllabae singulis litteris antepositis ita digerantur, ut primis litteris nomen imperatoris Romani efficiatur: -ea, -di, -ater, -ra, -unc, -deo, -deo, -ox, -va, -onat.

III.

Syllabis sequentibus: a, Cras, cus, E, En, di, di, fus, Ia, Ia, Li, lu, Nae, Ne, ni, ni, nus, O, or, pi, Pla, ra, ro, Ru, Sal, sti, Sul, sus, to, U, us, us, us, us, us, vi, vi, vi, componenda sunt nomina hisce circumscripta:

1. Triumvir (2 syll.)
2. poeta Romanus (4 syll.)
3. auctor rerum gestarum Alexandri Magni (2 syll.)
4. auctor «Bellum Punici» (3 syll.)
5. magister Vergilii in rhetorica (4 syll.)
6. scriptor «Librorum ab urbe condita» (3 syll.)
7. deus anni (2 syll.)
8. Musa (4 syll.)
9. scriptor «Belli Iugurthini» (4 syll.)
10. imperator Romanus (2 syll.)
11. antiquissimus poeta Romanus (3 syll.)
12. philosophus Graecus (2 syll.)
13. alio nomine: Pluto (2 syll.)
14. inimicus Marii (2 syll.)

Litterae horum nominum initiales deorsum leclae nomen scriptoris Romani reddunt.

Ladislaus Kepes.

IV.

Pulvis aquae tenuis modico cum pondere lapsus. Sole madens, aestate fluens, in frigore siccus, Flumina facturus totas prius occupo terras.

Solutiones aenigmatum Numeri V.

- I. 1. Nisus; 2. origo; 3. Neritos; 4. Echion;
5. Sithon; 6. Tarentum; 7. Maecenas; 8. Ocenus;
9. Remus; 10. Zimenes; 11. Abdera; 12. lumen;

13. Erebus; 14. Quirinus; 15. omen; 16. Dia; 17. Orbilius; 18. Paris; 19. Tityos; 20. Orestilla. — Inscriptio his verbis scripta est: «Non est mortale, quod opto». — II. fateor (confiteor), epulæ (cena), species (forma), tueor (servo), iners (piger), nebula (nubes), acies (pugna), lapis (rupes), esca (cibus), novus (recens), tempestas (procilla), et (atque). Proverbium: «Festina lente!» — III. Fumus. — IV. Pluvia. —

=====

Epistolia Officialia.

Ios. Csáki: Solutiones aenigmatum tarde misisti. Alias, mi fili, citius te move! — *Em. Zait-schek:* Quam misisti fabellam, optime enarrasti. Iam curabo, ut quo prius Arenae *Iuentutis* inseram. Praecipue epistolam tuam laudo, quae valde mihi placet. — *E civitate*, cui ob fidem, quam servavit erga patriam temporibus — eheu nos — iniquissimis, honestum nomen «civitatis fidelissimae» positum est (Sopron), *allatum est opusculum: «In periculo»*. Opusculum caret auctore (vel potius auctrice (!), quia litterae suavissimae pulcherrimaeque feminam ostendunt scriptorem.) — Moderator non vult dicere: «anonymum est, non legitur», immo rogat scriptorem opusculi, ut se nominet. — *Aem. Láng:* Gratias! Omnia prodibunt. — *G. Darás:* Commentarios tuos gratissimo animo accepi. Prodibunt.

=====

Moderator ephemeridis: EUGENIUS FRAY DR.

Budapest, I., Verpeléti-út 22., ad quem epistulae et manuscripta mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.
(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)